

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Ad Benedictum Rhambertum, In Ciceronis Libros De Officiis. VII.
Argumentum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-198567

præsertim ubi daretur occasio; retribuerem, verobar, ne, ex duobus maximè insignibus vitiis, alterutius infamiam non effugerem: ut vel ea viderer, quæ à te accepissem, minùs meminisse; quod à consuetudine naturaquæ meâ alienissimum est: vel ea, quæ sperari possent, negligere; quod quia superbi esset, abest non modò à fortuna mea, sed etiam à voluntate plurimùm. Venetiis. M. D. LVI.

ADBENEDICTUM RHAMBERTUM, IN CICERONIS LIBROS
DE OFFICIIS.

VII.

ARGUMENTUM.

Amorem proficisci à duabus causis: à sensuum similitudine, & beneficiorum obligatione: & hanc quæ à rebus externis oritur, cum illa, quæ à natura, non esse comparandam: siquidem sublata causâ, cur homines diligantur, animi eorum in amore facile languescunt. Quo in genere cum multi labantur, Rhambertum ex lib. de officiis didicisse scribit, quomodo sit colenda amicitia, & quod cuique in omni vita præstandum sit officium. Quod cum ipse suo exemplo expertus sit, Rhamberti in colenda secum amicitia constantiam, & Latinæ Linguae, quam inter varia Reipubl. Venetæ negotia horis subcisivis tantùm colat, elegantiam commendat, suumque remunerandi studium dedicationis librorum de Officiis se declarare voluisse scribit.

Non ignoras, Benedicte Rhamberte. sensuum esse quandam in hominibus similitudinem,

Tt

quæ

quæ cum in consuetudine cognita est, efficitur, ut, inter quos accidit, amor exoriat. Ab hoc quasi fonte multorum amicitia manarunt. Multos etiam beneficium cum obligasset; cumque id, quod acceperant, memoriâ conservatum gratô animo redderent; idque uterque fieri ob ingenii bonitatem, & voluntatis erga se propensionem existimaret; statim est illam opinionem benevolentia consecuta. Itaque duæ causæ sunt, quâ obrem homines ament inter se; sed hæc posterior, quæ à rebus externis originem ducit, cum illa superiore, quæ à natura proficiscitur, nullo pacto videtur esse comparanda. Illa enim primum habet eam suavitatem, quâ, ut opinor, & certè, nulla major est, cum eos, quibus utimur, & iisdem rebus, quibus nos, & æquè atque nos affici sentimus: deinde etiam, qui in dando & accipiendo beneficio fructus est, eò non eget. Nam, si hæc actio benè merendi interdum est, & esse potest in iis, qui voluntatè non admodum conjuncti sunt, quantò facilius existet apud eos, quorum animi ita consentiunt, ut, quasi naturâ hortante, easdem res appetere, ab iisdem fugere videantur? At verò, qui officiorum commoditatibus adducti in amicitiam coierunt; etiam si alter alterum initio summè diligit; tamen, si quando accidet, id quod accidere sæpè solet, ut ea, quâ diligere cœperunt, causa tollatur; certè eorum animi pedetentim in amore languescent. Quo in genere animadvertis Rhamberte, quàm multi quotidie labantur: de quibus facilè est intelligere, quid sentias, cum ab eorum instituto tua ratio tam

vhe-

ven
stra
in
pra
nun
Sen
firm
ab
tum
com
statu
mor
sem
ac
aliqu
qv
nita
rect
rum
rò d
sed
dies
rum
qvæ
Lati
lunt
nes,
vide
non,
sed t
conf

vehementer abhorreat. Probe enim te, quæ nostra debeat esse in jungendis amicitiiis cautio, quæ in iisdem colendis religio, quod item in omni vita præstandum officium sit, horum librorum, quos nunc tibi inscriptos ad te mittimus, lectio erudivit. Senti in me ipso, quem, ab opibus non magnopere firmum, aut ne firmum quidem, tamen octavum ab hinc annum tanto studio es complexus, quantum, qui ab omni re paratissimus sit, remunerando compensare vix possit. Cumque rerum mearum status, ut sunt humana, interdum mutaretur, memoriâ teneo, te nunquam immutatum, eandem semper cum mihi, tum fratribus meis voluntatem, ac benevolentiam præstitisse. Cum verò major aliquantò inter nos consuetudo esse cœpisset; quod quidem est factum, postea quàm te in nostram vicinitatem coptulisti: faciliè sentio, ad meam vitam rectè conformandam quanto mihi observatio tuorum morum fuerit adjumento. Collocationes verò de literis nostræ quid, non dicam delectationis, sed utilitatis habuerunt? Equidem si liceret, totos dies vellem tecum ponere. Quarum enim ego rerum cognitione delector, earum in omni genere, quæ tui sit iudicii subtilitas, intelligo. Sed hanc Latine scribendi rationem, in qua multi nunc volunt excellere, paucissimi possunt, eam verò sic tenes, ut tuis scriptis mihi quidem purius nihil esse videatur. Quod eò mirandum est magis, quia tu non, ut alii, diuturno atque assiduo librorum usu, sed temporum studio subsecivorum, hoc ut posses, consecutus es. Nam ut omittam, quod tibi, cuius

T 1 2

fidei